



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Centesimum Secundum Priuilegium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

Centesimum Secundum Privilegium.



Ecclesia gaudet priuilegio. † Cum actor
 fundauerit intentionem suam, quidam malitiōse, ut negotium iu longnm protraheretur,
 exceptiones pereemptorias opponebant, Papa
 volens istorū malitię obuiare, præsertim cum
 de beneficijs Ecclesiasticis litigabatur, statuit
 vt postquam aliquis intentionem suam probauerit, si alterale
 gitimam exceptionem opponat, quam nolit, aut non possit
 incontinenti probare, si defecerit in probando condemnetur
 alteri parti in expēsi, propter hoc, factis ab eo, tempore, quo
 recepit inducias ad exceptionem probandam, & si soluendo
 non fuerit alias ad arbitrium iudicis puniatur. Ut hoc saltem
 terrore motus iu grauamen alterius falsas exceptiones oppo-
 nere non præsumat, quia frequenter ad impediendum, vel
 differendum processum huiusmodi exceptionis per excogita-
 tam malitiam opponuntur, cap. finem litibus de dol. & con-
 tum. ratio istius cap. fuit. † Quia propter malitiam febant
 exceptiones ad impediendum, & differendum processum.
 Ideo Papa iussit vt puniatur cum malitijs hominum non sit in
 dulendum, l. in fundo la 2. & ibi Bart. ff. de rei. uendi. Vnde
 hic considerandum est. † Quod iudicis officium est impone-
 re finem litibus, ne litigantes laboribus, & expensis vexentur
 gl. in cap. licet de probat. Sed ad hoc vt dispositio prædicti c.
 finem litibus locum habeat. † Duo requiruntur vt fundata
 intentio actoris obiiciatur exceptio, & quod ad ipsam pro-
 bandam non se obtulit incontinenti, sed voluit inducias ha-
 bere, altero ex ipsis deficiente, ut quia excipit non fundata in-
 tentione actoris, vel statim assumpsit onus probandi, cessat
 pena huius decreti, & sufficere debet actori prouisio iutis com-
 munis, vt condemnetur in expensis. † Exceptio tamen pe-
 remptoria potest probari etiam postquam actor fundavit in-
 tentionem suam, & sic post attestacionum publicationem su-
 per principali, aliter publicatione non facta, non posset con-
 stare, an actor fundauerit intentionem suam, cap. Fraternita-
 tis & cap. de testibus de test. & attest. l. per hanc C. de temp.
 6. appell. † Sunt tamen aliqui casus in quibus excusat, à con-
 demna-

demnatione expensarum, ut quando probabilis ignorantia,
seu causa litigandi aliter probata fuisset, quam per iuramen-
tum, tunc excusat à condemnatione expensarum, ex quo ex-
cluditur præsumptio caluniae, & temeritatis, exemplum
7 patet in illo. † Qui instrumentum debitum, cui satisfactum erat
inuenit in arca paterna, tamen ipse ignorabat cum alteri suc-
cessit, præsumitur iustum causam ignorantiae habere, vt in re-
gula. is qui in ius de reg. iur. lib. 6. Vel quando est tam honesta
persona, & religiosa, quod non esset verisimile, quod iniuste
peteret, cap. 2. nou. ope. nunt. de iusta causa litigandi. tex. &c.
Bar. in l. qui insolidum s. etiam ff. de leg. 2. In dictis casibus
vel similibus de instantia litigantium tex. & Bar. in l. qui soli-
8 dum s. etiam ff. de leg. 2. fit igitur. † Absolutio expensarum,
& quare fiat absolutio in sententia explicandum, allegadum-
que est, in Auth. de Iud. l. oportet. Abb. in cap. examinata de
Iud. Sed dubitari potest, si pars habuit in certa parte Iudicij
iustum causam litigandi, & in reliqua non. Exemplum in eo
qui ante fuerat conuentus virtute instrumenti paterni publi-
catis attestationibus, vidi satisfactum debitum, sed nihil
minus expectauit sententiam Bar. in l. l. s. queri potest. ad Tur-
pil. Ibi dicitur quod aut licitum resistere quandoque, ut est vi-
dere in omnibus ciuilibus, & an condemnatur in expensis ab
eo tempore, quo fuit iu eudenti calunia, seu temeritate l. si
quis inficiatus. ff. deposi. Aut non erat licitum desistere sine
abolitione ff. ad Turpil. per tot & 2. q. 3. cap. si quem s. no-
9 tandum. † Et tunc euitat condemnationem in totum, si im-
petrauit abolitionem, siue eam obtinuerit, siue non, quia non
deprehenditur hoc casu in aliqua calunia vel temeritate.
10 † Sed an qui habet communem opinionem pro se videatur ha-
buisse iustum causam litigandi, Doc. in clem. ne Romani de
11 elect. † quod sic ex quo infertur iudicem posse sententiam
ferre contra communem opinionem, ut not. Io. And. in cap. 1.
12 de const. & vt not. Abb. in cap. vt debitus de appell. † Sunt,
& alii casus reseruati arbitrio iudicis, quos not. Spec. de offic.
Iud. s. pen. ad fin. Ex istis habetur, ut qui fundata intentione
actoris exceptionem peremptoriam obiicit, quam non pro-
bat in continent. † Sed accipit inducias, si defecerit in pro-
bando, condemnatur in continent, diffinitua non expectata,
in expensis, ac soluere cogitur, quod si non potest, punietur in
corpus secundum arbitrium iudicis.

SVM.

S T M M A R I U M.

- 1 *Mittitur in possessionem causa rei seruandæ.*
- 2 *Contumax incurrit in plures pñas propter inobedientiam militari potest.*
Patitur missionem in possessionem ex primo decreto.
- 3 *Voluntas non sufficit, vbi de necessitate requiritur factum.*
- 4 *Decretum primum quid sit.*
- 5 *Decretum secundum quid sit.*
- 6 *Contumacis pñae est missio in possessionem.*
- 7 *Religiosi etiam possunt ponи in possessionem rerum petitarum ob contumaciam partis aduersæ.*
- 8 *Missus in possessionem ex decreto secundo luctatur fructus.*
Præscribit.
- 9 *Impediens missionem possessionis manu militari potest compesci.*
- 10 *Pratica mittendi in possessionem, ut Iudex dicat constituo, & decerno talem afforem ob contumaciam sui aduersarij.*
- 11 *Decretum primum, & secundum, an dicatur sententia diffinitiva, vel interlocutoria.*
- 12 *Iudex potest revocare interlocutoriam sententiam.*
- 13 *Decretum idem est, quod iussus.*

Centesimum Tertium Privilegium.



C E C L E S I A gaudet priuilegio, quod cum esset quæstio, de Ecclesia, de lamento inter certum Priorem, & fratres, & quendam prepositum, causa fuit remissa quibusdam Iudicibus ad requisitionem dictorum Prioris, & fratrum, qui ex contumacia prepositi fuerunt, & missi in possessionem dictæ Ecclesiæ, causa rei seruandæ, nec infra annum prepositus possessionem non recuperauerit, elapso anno partes ipse ad Papam accesserunt, qui in longa seriè audijuit, & stante utriusque partis confessione, quod licet dicti Prior, & fratres ad possessionem causa rei seruandæ fuerint inducti, & Propositus infra annum non præstitit cautionem de iuri stando, & si voluntatem habuit, & ipsi eam parati fuerant recipere, adiudicauit Papa